



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Philippi Clvveri[i] Italia Antiqua**

Opus post omnium curas elaboratissimum ; tabulis geographicis ære expressis illustratum ...

Philippi Clvveri[i] Italiae Antiquae. Tomus ...

**Clüver, Philipp**

**Lvgdvni Batavorvm, 1624**

Cap. I. De Campanorum origine ac nomine; deque Campaniæ finibus ac fertilitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14124**

PHILIPPI CLVVERII  
ITALIAE ANTIQVAE  
LIBER QVARTVS.

Quo CAMPANIA, PICENTINI, SAMNIVM,  
HIRPINI, FRENTANI, APVLIA, CA-  
LABRIA, LVCANIA, & BRV-  
TII describuntur.

\* \* \*

CAPVT PRIMVM.

De CAMPANORVM origine ac nomine; deque  
CAMPANIAE finibus ac fertilitate.

**E**tiam igitur Novo continuabatur sub Romanorum imperio ad Lirim amnem CAMPANIA; cuius incolæ CAMPANI. Gentem fuisse Opicam sive Olcam, è Samnitibus profectam, jam anteà cap. VIII ostensum est. At nominis origo ratioque varia traditur à variis auctoribus. Virgilii Aeneid. lib. x:

Adfuit & Mnestheus; quem pulsæ pristina Turni  
Aggere murorum sublimem gloria tollit:  
Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

Et perpetuus Virgilii imitator Silius lib. xi introducit Decium sic Capuæ incolas adloquentem:

Ille  
Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit,  
A Iove duæta, Capys, magno cognatus Iulo.

Ad Virgilii locum ita scribit Servius: *Iste quidem hoc dicit; sicut Ovidius; qui Capys de Troianis esse commemorat:*

Ille dedit Capys repetita vocabula Troie.

Celiusque Trojanum Capys condidisse Capuam tradidit; eumque Aeneas fuisse sobrinum. Alii hunc Capys filium Capeti volunt esse, Tiberini avum; ex quo fluvius Tiberis appellarius est: eumque Capuæ conditorem produnt. Alii, Capys Samnitum condidisse Capuam, confirmant. Sed Capuam vult Livius à locis campestribus dictam, in quibus sita est. Constat tamen, eam à Tuscis conditam, de viso falconis augurio; qui Tusca lingua capys dicitur: unde est Capua denominata. Tuscos autem omnem penè Italiam subjugasse, manifestum est. Alii, à Tuscis quidem retentam, & prius Aliternum vocatam; Tuscos à Samnitibus exæctos Capuam vocasse, ab hoc, quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvæ fuerunt: quemadmodum falcones aves habent: quos viros Tusci Capuas vocarunt. Varro dicit, propter cæli temperiem & cespitis secunditatem campum eumdem Capuanum sive Campanum dictum; quasi sinum salutis & fructuum. Quamvis multas ineptas & quasi per risum atque jocum conquistas vocabulorum originationes apud Varronem extare sciam; tamen haud facile crediderim, tam simpli- citer ista de Campania nomine adfirmasse cum; utique, quum ratio nulla verbis insit. De voce Aliternum, post suo loco dicetur. Illa verò, Tuscos à Samnitibus exæctos Capuam vocasse, corrigenda censeo in hunc modum: Tuscis exæctis, Sam-

Tom. 2.

C. c

nitéū

niteis Capuam vocasse. ecquid enim illi jam exacti nomen eum demum urbi novum imponerent? aut quid pulsores vocabulum à pulsis impositum amplectentur, perpetuoque servarent. Porrò Isidorus Originum lib. xv cap. i: *Capuam Capys Silvius, rex Albanorum, construxit, appellatam nomine conditoris. licet etiam sint, qui dicant à capacitate eam Capuam dictam; quod eius terra omnem vitæ fructum capiat.* alii, à locis campestribus, in quibus sita est. Est autem caput urbium Campanie; inter treis maximas, Romanam Carthaginemque, numerata: ex qua & provincia Italie Campania dicta est. Festus Pompeius: *Capuam in Campaniâ quidam à Capy appellatam ferunt; quem à pede introrsus curvato nominarunt antiqui: nostri Falconem vocant.* alii, à planicie regionis. Antiqua Scholia ad Horatii Epiadw oden xvi: *Capua civitas est inter Romanam sita & Beneventum: à qua Campania regio dicta est.* Et ad Satyram viii libri 11: *Campania in campis sita est; unde etiam nomen accepit.* Eustathius in Dionysium Περιηγητών. Οἱ Καμπανοὶ δέ τῶν ὑποκαθημένων ἐκεῖ καμπων ἀναμάθησον, η δέ τοῦ Καμπυ πόλεως. Ιβ' δὲ τοις Καμπανοῖς δύσαν πόλεων, ἐν μεσογείῳ ἐστιν ἡ Καπινή, κεφαλὴ τῷ ὄντι, ὡς Φηλέω ψαγεάθῳ, καὶ τὸ ἐπυμόστητον ὄνοματῳ, γλωττὴ λαΐνων· καὶ τοις ὄντις δέ τοῦ Καπτῷ. Τριῶς αὐτοῖς καλέσθαι οἴτηνος. Id est: *Campani à subjectis ibi campis dicti sunt!* vel, à Campo urbe. Quum autem xii sint Campanorum urbes; in medio earum est Capua; caput re vera, ut geographus ait, ex nominis etymo, lingua Latinâ. quamquam nonnulli à Capye Troiano eam vocatam esse volunt. Stephani brevior: *Καμπυ* Θ., καμπανα Καμπανα, αφ' επιλογησ. τὸ θηλυκὸν Καμπανας καμπανη. Id est: *Campus, opus Campani: à quo conditi fuere.* femininum Campanis & Campana. Geographum intelligit Eustathius Strabonem: qui lib. v. ita tradit: Άλλοι δὲ λέγουσιν, οἰκεῖων οπτῶν πεζῶν καὶ αὐτῶν, ἀττικεῖνες καταχέων ὑπερον οἰκουν ἡ ἔθνος. τέττας δὲ τοῦ κυρεάνων, ἀκείνεις δὲ τοῦ Τυρρηνῶν εἰκότεσσιν. διδεκα δὲ [τεττα] πόλεις ἐγκατοικίσασταις, πλάσιοι κεφαλεῖς ὄνομαται Καστόν. Διστοὶ δὲ τοις τεφλεῖς εἰς μαλακίατα τερπομέρεις, καθάπερ τῆς θεᾶς τῆς Πάρος Χάρεως ἐξειησον, ἔτοι καὶ πάτης τοῦ θεοῦ Σαμνίης. Hoc est: Alii tradidunt, quum ea loca quondam Opici & Aufones tenuissent: fuisse deinde ab Oscorum quādam genie occupata. hanc à Cumani pulsam: hos rursum ab Tuscis. hos, quum xii inibz urbes condidissent, qua earum quasi caput esset, Capuam nuncupasse. quum autem per luxuriam ad mollitatem sese transdidissent; quemadmodum regione Circumpadanâ pulsi fuerunt, ita Samnitibus etiam Campaniâ cessisse. Et eodem libro postea: Αἱ μὲν οὖσαι φυλαῖς πόλεις τῶν Καμπανῶν παῖσσαι. Εγένετο δὲ τῇ μεσογείᾳ Καπινή μὲν ἐστιν ἡ μητρόπολις, κεφαλὴ τῷ ὄντι τῷ ἐπυμόστητον ὄνοματῳ. τὰ γὰρ ἄλλα πόλεις ποτίζονται τοις Σιδικίνις, πλάσιοι τεσσαρες Σιδικίνις. Id est: *Maritima igitur Campanorum urbes ita sese habent.* In mediterraneo est Capua, gentis caput; re vera id existens, quod nomine eius significaretur. quidpe reliquias si ei compares, opidula sunt; excepto Teano Sidicino. Mela lib. ii cap. iiiii: *Capua à Tuscis condita.* Plinius lib. iii cap. v: *Capua à campo dicta.* Credo, Græcos posterioris ævi grammaticos, quum tale quid apud Latinos auctores legissent; nec scirent, campus quid significaret; conjectisse, opidum eo nomine fuisse, unde Campani dicti. Nec dubito, quin aliqui Latinorum scriptorum tradiderint, à campo urbem initio dictam fuisse Campuam; postea vero depravato vocabulo Capuam. At tempus, quando Samnitium quidam occupaverint Capuam, novumque inde sibi adsciverint nomen Campanorum, indicat Livius lib. iiiii, his verbis: *Creati consules sunt, C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res, sed memoria digna, traditur eo anno facta. Vulturnum, Etruscorum urbem, que nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuamque ab duce eorum Capye: vel, quod proprius verò est, à campestri agro appellatam.* Cepere autem; prius, bello fatigatis Etruscis, in societatem urbis agrorumque accepti; deinde, festo die gravatos somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturnâ cede adorti. Hinc lib. vii: *Campnorum deinde Sueffularorumque auditæ legationes. precantibusque datum, ut præsidium eò in hiberna mitteretur; quo Samnitium excursiones arcerentur.* Iam tum minimè salubris militari discipline Capua, instrumento omnium voluptatum delinitos militum animos avertit in memoriam patriæ. inibanturque consilia in hibernis, eodem scelere adimenda Campanis Capua, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissem. neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum. Consulatum gesere C. Sempronius Atratinus & Q. Fabius Vibulanus anno urbis cccxxxiiii; ante natum Iesum anno cccccxxi. Triennio post Cumas quoque occupasse Campanos, auctor est idem Livius eodem lib. iiiii.

Eodem,

Eodem, inquit, anno à Campanis Cumam quam Græci tum urbem tenebant capiuntur. Et posteā: Superbè ab Samnitibus qui Capuam habebant Cumasque, legati prohibiti commercio sunt. Verūm Græci auctores occupationem Capue aliquoī lustris ante Livii annū ponunt. Diodorus lib. XII: ε' τῷ ἀρχοντὶ Λαθυντὶ Θεοδάρῳ, πρωταῖσι μὲν ταῖς αἰτίαις κατέσχετο Μάρκον Γενέπιον καὶ Αγριππαντας Καρπου Χίλωρα. Τῇ δὲ τέταρτῃ μὲν τῇ πελίᾳ τὸ ἔθνος τῆς Καμπανῶν σωίσην, καὶ ταῦτα ἔτυχε τὸ περιστρόφας δῶδε τὸ δέκατον καὶ δέκατον πεδίον. Id est: Quum Athenis summum gereret magistratum Theodorus, & Romani consules fecissent M. Genucium & Agrippam Curtium Chilonem, in Italiam gens Campanorum exorta est: id nominis sortita à fertilitate camporum circumiacentium. Theodorus iste secundum ipsum Diodori computationem, summum Athenis magistratum gessit Olympiadis LXXXV anno III. Hinc etiam αἰώνυμον Olympiadum scriptor: οὐλυμπιάδης τὸν γένος τὴν πελίαν τὸ ἔθνος τῆς Καμπανῶν σωίσην. Id est: Olympiadis LXXXV anno III in Italiam Campanorum gens constituta est. Sed consules tum Romæ fuere Proculus Geganius Macerinus & L. Menenius Lanacus; anno Vrbis CCCXV. quos antecesserunt annis V M. Genutius Augurinus & C. Curtius Philo. sic scilicet ubique Diodorus Olympiadum annis summisque Atheniensium magistratibus perpetam adplicat consules Romanos. Eusebius in Chronicor. lib. XI anno posterius quam Diodorus, originem Campanorum gentis posuit: in Olympiadis LXXXV annum IIIII, & consulatum T. Quintii Barbati & Agrippæ Menenii Lanati. Enī τὴν πελίαν, inquit, Καμπανῶν ἔθνος σωίσην. In Italiam gens Campanorum constituta. Apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Εὐπελία, πόλις Σικελίας. Εὐφορία 15'. Καὶ οἱ οἰκήτρες Καμπανῶν τὸ Ψύρον, σύμμαχοι Καρχηδονίων. Id est: Entella, opidum Siciliae: auctore Ephoro lib. XVI: Erant autem eius incole natione Campani, Carthaginensium socii. Horum Campanorum frequens est mentio apud Diodorum lib. XIII, XIII & XVI. Lib. XIII, in rebus anni tertii Olympiadis XCII, summum Athenis gerente magistratum Glaucippo, id est, annis XXVIII post, quam ipse exortam Campanorum gentem tradit, ita scribit: Μενᾶς δὲ τὸ ἐπιτελον τῶν πεισθετῶν Καρχηδόνοις εἴδη τοῖς Αἰγαίους ἀπέστησεν Διδυμόν τοντοκεχλίας καὶ τὴν Καμπανῶν ὄντοκεσίας. Στοιχεῖον τοῦ Χαλκιδεων τοῦ Αἰγαίων εἰς τὸ περιστρόφας τὸ λεμόν μημασθείροις. Καὶ μὲν τὰς ηδίας καταπολεμήστε, τοκεῖχον δέοντα μαθεσθείσιας. οἱ δὲ Καρχηδόνοις πάντας ἀριστούσιες, καὶ πειδεῖς ἀξιολόγες δούτες, εἰς τὰς Αἰγαίας κατέσαντας. Hoc est: Post legatorum redditum, Aegestanis V millia Afrorum mittunt Carthaginenses, & Campanorum 1500. Hos Chalcidenses ad bellum contra Syracusanos operam stipendiis suis conduxerant Atheniensibus. at post cladem illis inflectam navibus avecti, sub quo stipendia ficerent, non habebant. quibus omnibus equos Carthaginenses emerunt; & stipendiis non vulgaribus in capita numeratis, presidium hoc Aegestanis collocarunt. Militarunt posthinc variis expeditionibus in eadē Siciliā: ac tandem etiam Dionysio, Syracusanorum tyranno, contra ipsos Syracusanos; ut auctor est idem Diodorus lib. XIV. Eo bello finito, οὗτοι Καμπανοί, ut inquit Diodorus, ταῖς καθηκόσαις δωρεᾶς λιμήνος οὐ Διονύσος, εἰκαπέστρεψαν τὸ πόλεμον, οὐ Φοράμηρος αὐτοῦ τὸν αἰβελίοντες, οὐ τοὺς Πτηνέμεροι, σέντοις μὲν ιθαντας αποσφαζαν, ταῖς δὲ γυναικαῖς τῶν περιστροφήσεων γήμασαν, καπίχον τὰ πόλιν. Hoc est: Campanos Dionysius, honestis ornatos munieribus, ab se dimisit: quod mutabili eorum ingenio fidendum non existimat. Hi tum Entellam profecti, persasis civibus, ut inquelinorum jus sibi concederent; noctū per insidas oppressos, quotquot pueritie annos excesserant, contrucidarunt: uxorisque illorum in matrimonium ductis, urbis possessionem sibi usurparunt. Factum hoc Olympiadis XCII anno XI. Ergo scelus istud Campanis fuit usitatissimum. sic quidpe anteā occupaverant supra dictam Capuam; sic post Entellam in Italiam iterum Rheygium, freto Siculo adpositam urbem: auctore Strabone lib. VI & Livii breviorib[us] lib. XII & XV: sic mox in ipsa Siciliā rursus Messanam; ut Siciliæ lib. I cap. VI ostendimus. Sed quando Cumani, Græca gens Opicos sive Oscos hac regione peplerint, planè incertum est: nisi quod Strabo lib. V testetur, κύμῳ πόλιν πεσὼν εἶναι πεισθεντὸν τὸ Σικελικὸν καὶ τὴν πελιάνδων. id est: Cumas urbem omnium Sicularum Italicarumque esse vetustissimam: nempe, quas Græci deduxerint colonias. Primam omnium in Siciliam deductam fuisse Naxum, dicto Siciliæ lib. I cap. XI ostenditur. de qua urbe Eusebius ita Olympiadis XI anno primo: Εὐ Σικελίᾳ Νάξος ἐκδιθη. In Siciliā Naxus condita. At Spinam Ravennamque longè ante Troianum

Tom. 2.

Cc 2

bellum

bellum ad Padi ostia à Pelasgis conditas fuisse, suprà lib. i cap. xviii & xxviii, lib. ii cap. i, & item lib. iii cap. i, intelleximus. Velleius verò post bellum Troianum in Italiā *Cumas* conditas tradit. Olympiade LXIII Tuscos irritam in Cumanos fecisse expeditionem, infrà in *Cumarum* expositione ostenderetur. Verum jam tum fortasse Capuam habuere.

FINES Campanie.

Cæterum terminos *CAMPANIA* alios habuit aliis temporibus. ab initio enim finiebant eam ab occidente, qua *Aurunci* tenebant *Falernum agrum* & opida in eo *Sueffam Auruncam* atque *Caleis*, *Vulturnus* amnis; ut suprà cap. viii ac x intellectum, unde illud Livii lib. xxii: *Fabius Caslinum occupat modicis praesidiis*. qua arbs *Vulturno* flumine dirempta, *Falernum* à *Campano agro* dividit. At Romani post quā huc arma sua imperiumque intulerunt, limitem ab hac parte inter Novum Latium & Campaniam constituerunt *Lirim* amnem; ut suprà cap. ii huius libri 111 ostensum. qua ratione omnis *Falernus* ager & quidquid inter *Lirim* & *Vulturnum* situm est, *Campaniae* titulo accessit. Quamquā & *Sinuessa* & *Interamna* & *Aquinum Arpinumque* & *Casinum* atque *Atina*, omnes ultra *Lirim* sitae urbes, in Novo Latio censitæ fuere; ut suprà in expositione earum perspectum est. Vnde adparet, longè aptiorem futurum fuisse terminum inter Latium Novum & Campaniam eum montem, qui orientali suo latere habet duo opida *Campaniae* *Sueffam* & *Teanum*. A meridie, sive ab occasu Solis hiberni, semper clausit Campaniam mare Inferum sive *Tuscum*. Ab ortu Solis hiberni qui ab initio fuerit finis, minus compertum habeo, quidpe Romani postmodum *Picentibus* ad superum mare devictis, partem eorum, *Picentinos* dictam hoc ad inferum mare transductam inter *Surrentinum* promontorium & *Silarum* amnem locaverunt; ut infrà ostendetur. is autem ager Campanorum ad id tempus fuerit, an finitimum Lucanorum, planè incertum est. Cæterum à *Picentinis* separabatur Campania veluti linea per medianam peninsula, in quam *Surrentinum* promontorium excurrit, ab ipso promontorio ad *Sarni* amnis fonteis ducta. Iuxta huius linea septemtrionale latus opida, quibus vulgaria nunc vocabula, *Sorrento*, *Vico*, *Littore*, *Nocera*, fuisse in *Campaniā*, infrà patebit. Plinius lib. 111 cap. v: *A Surrento ad Silarum amnum xxx millia passuum ager Picentinus fuit*. Inde ab ortu æquinoctiali jungebantur Hirpinis juxta lineam ab *Sarni* fontibus ad montes super *Avellam* *Campaniae* opidum ductam. inde *Tifatis* monte, qui vicis *Arienzo* & *Mataloni* opido *Casertæ* & *Capuz* imminet, mox amne *Vulturno*, ad fonteis usque & *Apenninum* montem, à *Samnitibus* distinguebantur. Ultra hunc limitem opida, *Telesiam*, *Allifas*, *Aescerniam* ad *Samnum* pertinuisse, infrà in huius descriptione patebit. Illa verò, quæ intra *Vulturnum* & *Volsorum* urbeis *Atinam* *Casinumque* sita sunt opida, ad *Campaniam* spectasse, Strabo ac *Ptolemæus* disertè testantur. quorum ille lib. v: Πόλες δὲ τῆς πρθέσιος ἐν τῇ αὐτῇ Καμπαναῖ πόλεις εἰσὶ Καλής ταὶ καὶ Τέανος Σιδίκαιον. Id est: *Preter* *jam* *dictas*, *ha* quoque *Campanæ* *sunt* *urbes*, *Cales* & *Teanum*. *Ptolemæus*: Καμπανῶν μεσόγεος πόλεις, Οὔεναφρον, Τέανον, Σάτεσα, Καλής, Καζίλιον. Id est: *40* *Campanorum* *urbes* *mediterraneæ* *sunt* *Venafrum*, *Teanum*, *Sueffsa*, *Cales*, *Casinum*. Et longè *Ptolemæo* *Straboneque* antiquior auctor *Polybius* quoque lib. 111 *Teanum* opidum adscribit *Campaniæ*; ut superiori capite ad *Sinuessa* expositionem vidimus.

FERTILITAS  
Campanie.

His igitur finibus inclusa fuit sub Romanorum imperio *Campania*. cuius mirandam fertilitatem amcenitatemque præ omnibus aliis Orbis terrarum, nedum Italiz, agris prædicarunt autores antiqui. Strabo lib. v: τὴν δὲ τέταρτην ηγέρων Καμπανίαν τὰ ιδύπυντα, πεδιὸν διδαμονέστερον τὸ διανύτων. Hoc est: *Super* *hoc* *litus* *omnis* *sita* *est* *Campania*; *ager* *omnium* *felicissimus*. Virgilius Γεωργικῶν lib. 11; ubi laudes Italiz decantat:

Quæ tamen exhalat nebulam fumosque volvutreis;  
Et bibit humorem; &, quum vult ex se ipsa remittit;  
Quæque suo viridi semper se gramine vestit;  
Nec scabie & salsa ledit rubigine ferrum:  
Illa tibi latis intexet vitibus ulmos;  
Illa ferax olea est: illam experiere colendo  
Et facilem pecori & patientem vomeris uncī.

Talem

Talem dives arat Capua, & vicina Vesuvio

Ora jugo, & vacuis Clanius non equus Acerris.

Polybius lib. III: τὰ γὰρ πόλια τὰ καὶ Καπούες ἀποφαίνεται μάθηται τὸν τοῦ θεοῦ τὸν τοῦ μελιαροῦ, καὶ οὐδὲν  
δέρινον αἴτιον οὐδὲν. Id est: Campus circa Capuanum omnium totius Italiae est nobilissimus, cum ob fertilitatem, tunc propter pulchritudinem amoenitatemque. Propertius lib. III eleg. III: Nec mihi mille jugis Campania pinguis aratur.

Livius lib. VII: Cur potius Campanie agrum Italia uberrimum, dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possint, quam viator exercitus haberet; qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? An aquum esse, deditios suos illa fertilitate atque amoenitate perfrui; se militando fessos in pestilenti atque arido circa Urbem solo luctari? Columella Rusticar. rer. lib. III cap. VIII: Massiam Libyamque largis aiunt abundare frumentis, nec ramen Apulos Campanosque agros opimis deficit segetibus. Mela lib. II cap. IIII: Sinus Puteolanus, Surrenitum, Herculaneum, Vesuvii montis adspexit, Pompeii, Neapolis, Puteoli, lacus Lucrinus & Avernus, Baiae, Misenum, Cumae, Litternum, Vulturnus amnis, Vulturnum opidum; amana Campania litora. Solinus cap. VIII: Scyllae regio, cum Scylleo opido & Crataeide flumine, Scylla matre; ut vetustas fabulata est: Rhegini saltus, Pastanae valles, Sirenum saxa: amoenissimus Campania tractus; Phlegrei campi, Circes domus Terracina, insula ante, circumflua immenso mari: nunc, aeo neclente, addita continenti: diversamque fortunam a Rheginis experta: quos fretum medium a Siculis vi abscedit. Haec verba, 20 sive ab ipso Solino erroribus implicita, sive ab exscriptoribus postea fœdis mendis respersa, supra cap. VI in Volsceis docui in hunc modum sanitati posse restituiri: Phlegrei campi: Tarracina: Circes domus: insula ante, circumflua immenso mari: nunc, aeo neclente, addita continenti. apud Martianum lib. VI eadem de re longè inceptor legitur oratio; quæ sic habet: Cetera Italia memoranda, nec poëte tacent: ut, Scyllaeum opidum cum Crataeide flumine, qui Scylla pater fuit; Charybdisque voraginem ac vertiginem tortuosam; Pastana rosaria, scopulos Sirenarum. In Campania amoenis antiquitus nemora, Phlegrei. debinc campi habitatioque Circeia, Terracina prius insula; nunc juncta, Rhegium, quæ ab Siciliâ continenti separata, atque in compensationem connexæ telluris in insulam religata. Haec quoque ab immanibus mendis ita commodè ad sanum sensum reduci poterunt: Cetera Italia memoranda, nec poëte tacent: ut Scyllaeum opidum cum Crataeide flumine; quæ Scylla mater fuit: Charybdisque voraginem ac vertiginem tortuosam; Pastana rosaria; scopulos Sirenarum. inde Campanie amoenissimus tractus memoratur, Phlegrei campi. debinc Terracina, habitatioque Circeia; prius insula; nunc juncta continenti: ut ab Rhedio quondam Sicilia separata, atque, in compensationem connexæ telluris, in insulam religata. Porro Strabo lib. VI, de universâ Campania: Διὰ δέ τοιούτου οὐκανθρώπου Φασὶ γνέδη τὸ πόδιον. Id est: Agrum eum aiunt ab prestantiam multis certaminibus fuisse expeditum. Tacitus Historiar. lib. I: Fecundissima Campanie ora vastata. Historiar. lib. III: Pulcherrimam Campanie oram descivisse. Et aliquanto post: Nunc pecuniam & familiam & beatos Campanie sinus premitti. Livius predicto 40 lib. VI ente, de eadem Campaniâ & Capuâ urbe: Quum consultus senatus esset; et si magne parti urbs maxima opulentissimaque Italia, uberrimus ager, marique propinquus, ad varietates annonæ horreum populi Romani fore videbatur: tamen tantâ utilitate fides antiquior fuit. Cicero Philippicâ VI: Hic est Campanus ager & Leontinus, quæ duo maiores nostri annona perfugia ducebant. Et in oratione de Lege agraria contra Rullum in senatu: Capuam deduci colenos volunt. illam urbem huic urbi rursus oppone-re, illuc opes suas deferre & imperii nomen transferre cogitant. qui locus propter ubertatem agrorum, abundantiamque rerum omnium, superbiam & crudelitatem genuisse dicitur. Et de eadem legi ad populum oratione: At enim ager Campanus hac lege dividetur, Orbis terræ pulcherrimus: & Capuam colonia deducetur, urbem amplissimam 50 atque ornatissimam. Et postea: Campani semper superbi bonitate agrorum & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Florus lib. I cap. XVI: Omnium, non modo Italia, sed toto Orbe terrarum pulcherrima Campania plaga est. Nihil mollius caelo, denique bis floribus vernal. Nihil uberioris solo. ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari. Heic illi nobiles portus, Caetia, Misenum, & serpentibus fontibus Rate: Luciferus & Avernus; quedam maris via. Heic amicti viribus montes, Gaurus, Falernus, Massicus, & pulcherrimus omnium Vesuvius. Martialis lib. XXXI epigram. CXVIII:

Tom. 2.

Cc 3

Tarraco,

Tarraco, Campano tantum cessura Lyco,

Hac genuit Tuscis emula vina eadis.

Isidorus Origin. lib. XIII cap. IIII: Campania habet terras hieme atque aestate vernaltes. Sol ibi mitis; temperies grata; aer purus & blandus. Plinius lib. IIII cap. V: Optimum Sinuessa, extremum in adjecto Latio. Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles & temulentia nobilis, succo per omnes terras inclito; atque, ut veteres dixerent, summum Liberi patris cum Cerere certamen. hinc Setini & Cœtubi obtenduntur agri. his junguntur Falerni, Caleni. dein consurgunt Massici, Gaurani, Surrentini que montes, ibi Laborini campi sternuntur; & in delicias aliae politur messis. hac litora fontibus calidis rigantur: praterque cetera in toto mari conchylio & pisce nobilitantur. nusquam generosior olea & liquor. Hinc illud Arabis apud Plutarchum in Craesso, milites Romanos ridentis: τοι μεις δὲ οὐδὲ Καμπανίας ὅδε λευκός εἶσθε, κρέας νέαν νάματα καὶ λαγερὰ δηλαδὴ Εἰ πωδοκεῖ ποθένες; & μέμνητε δὲ, τὸ Αρχιθώνιον μεθολίας; Hoc est: Ecquid vos per Campaniam iter facere putatis? fonteis, rivos, umbras, balnea scilicet, & diversoria queritis? Non meministis, Arabum & Assyriorum vos peragrare confinia? Strabo supra dicto lib. V exiguo post: τὴν δὲ εὐκαρπίαν οὐδὲ ομεῖον, τὸν οὐδὲ τὰ γένεδα τὰ καλλιεργεῖαν. λέγω δὲ τῶν πύρευον· εἰ δὲ καὶ ὁ χονδρὸς, κρέας αὖ πάσης καὶ ὄρύζης Εἰ εὖ ὀλίγῳ σικαλῆς τεοφόρης· Γερεταὶ δὲ ενιαὶ τὸ πεδίον απέρειδες δι' ἔτεσι δὲ μὴ τῇ ζει, τῷ δὲ τερετον ἐδύμοι. Ήδη δὲ καὶ λαχανοβοτανὴ τῷ πεζοτῷ απόρια. καὶ μὴ τὸ οἶνον τὸ κεφαλίον ἐτεῦθιν εὔχεται Ρωμαῖοι, τὸν φαλερουν καὶ τὸν Σπετερον Εἰ Καλλιών. ηδη δὲ καὶ οἱ Σερρεττῖνοι εὐάμιλοι κατέστησαν τοις, νεωτεροφόροις, ὃν παλαιώτερον δέχεται. οὐδὲ οὐδὲ αὐτος διέλασις οὐδὲ τὰ μέτρα η τοι οὐνέαφορον, ὅμορον τοις πεδίοις ον. Id est: Fertilitatis indicium est, quod frumentum ibi nascitur prestantissimum: triticum, inquam; ex quo alia sit omni prestantior oryzā, omnique sere also frumentario alimento. Traditum monumentis est quadam agrorum toto anno conservi: bis zeā; tertium panico. quedam etiam quarto satu olera producere. Quin & vinum hinc optimum habent Romani; Falernum, Statanum, Calenum. quibus Surrentinum quoque hodiē non cedit. quod atarem ferre, nuper exploratum est. Nec minus olei ferax est totus Venafranus tractus, pradicatis campis contiguus. Dionysius Halicarnassensis lib. I; ubi universæ Italiam felicitatem cunctis aliis Orbis regionibus praefert: Ποίας μὲν γάρ λάπτει τοποφόρη, μὴ ταῖς οὐρανοῖς ὑδαῖς πέριθυρα τὰ καλλέρα Καμπανῶν πεδία; εν οἷς εὐώνυμοι τελεταῖς θεατούμενοι δέχεται, θερινὸν θέτι καμπελοῦ, καὶ μεταπολεμὸν θέτι γερετῶν απόροι σκηνοφερότες. ποίας δὲ οὐνόφυτα Τυρρηνία Εἰ Αἰβανὴ καὶ Φαλερίων καρφία διαμαστῶς φυλακτεῖα ηδη δι' εἰλαχίστης ποτε πολειστες ἄμα καὶ κρεπίδης καρπὸς εἰσενεγκαῖνον ποτε; Id est: Cui enim frumentifera regioni cedunt agri Campani, non fluvii, sed aquis rigati cœlestibus? in quibus ego campus vidi arva vel trifera; aestivam post hibernam, & autumnalem post aestivam sementem nutrientia. Cui verò vitifera Etruria & Albanus ager, campusque Falernus, mirum in modum amicus vitibus, & modico labore uberrimos reddens fructus atque optimos. Plinius lib. XIII cap. IIII: Terrarum omnium Aegyptius accommodatissima unguentis: ab eâ Campania est, copia rosea. Hinc igitur Tibullus lib. I eleg. VIIII:

Tu mihi jurabas nullo te diu vitis auri

Pondere, non gemmis vendere velle fidem:

Non, tibi si pretium Campania terra daretur;

Non, tibi si, Bacchi cura, Falernus ager.

Sidonius Apollinaris Carm. V: — Sic Barchaeus optimam

Hannibal ad Capuam periit; quum fortia bello

Inter delicias mollirent corpora Baiæ,

Et, se Lucrinas quâ vergit Gaurus in undas,

Bracchia Maſſylus jaſtaret nigra natator.

Seneca Epist. LI: Vim Hannibalis hiberna solverunt: & indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enarraverunt fomenta Campanie. armis vicit; vitiis vicitus est. Et de Tranquillitate animi cap. II: Quod proprium agri est; nihil diu pati: & mutationibus, ut remedii uti. Inde peregrinationes suscipiuntur vagae, & litora pererrantur: & modo mari se modo terrâ experitut semper presentibus infesta levitas. Nunc Campaniam petamus. Iam delicata fastidio sunt: inulta videantur. Bruttios & Lucanos saltus persequamur. Atque haec tenus elogia fertilitatis agri Campani ex veterum monumentis produximus. Ceterum apud Plinium lib. IIII cap. V, ut supra citavimus,

huc

hæc leguntur verba: *Opidum Sinueſſa; extreſum in adjecto Latio. hinc felix illa Campania eſt.* Ex his error, nescio quo primo auctore, etiam doctissimis quibusdam irreptis viris, existimantibus, vocem istam *felix* pro cognomento regionis adiecisse Plinium: quam merum id sit *Plinius*, quo ubertatem ſoli præ ceteris Italix regionibus & ipſe, ut alii auctores, prædicare voluit. quod ipſum ſequens vox illa fatis diſerte indicat. Sic Tacitus ſupræ dicto Historiar. lib. iii: *Nunc pecuniam & familiam & beatos Campanie ſinus promitti.* Sic ipſe Plinius eodem cap. v anteā; ubi totius Italiae prætantiam celebrat: *Sed quid agam? tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularum popularumque claritas teneret.* Vrbs Roma vel ſola in  
10 cā, & dignatam ualā ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? qualiter Campanie ora per ſe, felixque illa ac beata amēritas? ut palam ſit, uno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Apud reliquos certè auctores, Græcos pariter atque Latinos, quum frequens Campanie, ut regionis celeberrimæ, ſiat mentio, nusquam tale quod-dam eius reperitur cognomentum. Apud Philoſtratum in Apollonii vitâ lib. vii cap. iii ſic ſcriptum: Α' φίκετον [ο' α' πολωνι] ἵες Διηγερχαῖος. Δημητρίος δὲ ἐπυχάν, Εὐλέπτης, εἰπε, τεφῶντα, καὶ τῆς Καδαιμονος ἰπελίας, εἰ δὴ Καδαιμον, τὸ μακαριστὸν εἰκόνα, εὐ φέλεται καὶ οὐδενός Καλυψοι έων, οὐλαζεῖται κανονος ἰδεντος νέας οἴγου. Id eſt: Puteolos pervenit Apollonius. ubi in Demetrium incidentis; Ego te, inquit, deliciis indulgentem deprehendi, in Italia felicis (ſi modò felix eſt) orā beatissimā degen-  
20 tem: ubi quondam Ulyſſem etiam ferunt, cum Calypſone verſatum, fami Ithacensis ac domus oblitum eſſe. Ergo ex hoc auctore & ipli Italix universæ cognomentum tri- buendum erit *Felicis*? Haud opinor. nec quisquam negaverit, eſſe heic tanèum *Plinius*. Error iſte de Campaniā haud dubiè inde priuum ortus eſt, quod in Asia Arabia dicebatur cognomine Καδαιμον Græcis, Latinis *Felix*. At vero notandum heic erat, id cognominis regioni iſti impositum fuſſe ad diſcriſionem Arabiæ Deſerta, & item Arabiæ Petrazz. quæ ratio in Italia Campaniā nulla eſſe poterat. quidpe quæ una, ſola, ſimplex, in plureis parteis atque cognomina minime diſtin- ēta, apud auctores reperitur.

## C A P. II.

*De locis fluminibusque CAMPANIAE maritimis inter SINUES-  
SAM opidum & NEAPOLIM urbem.*

**F**inibus Campaniæ indicatis, ſingula punc eius loca, quæ veterum celebrantur monumenta, explicitur. ac priuum ora maritima. Strabo lib. v: πόλεις δὲ οἵ της Γαλάτης πώλω Σινεύσας, Λίπερον. οὐδέποτε δὲ ομώνυμος τῇ πόλει τούτης. οὐδὲ ταῦτα οὐδέποτε οὐδέποτε ομώνυμος εἰσὶ τῷ παρ' αὐτοῖς πόλει, οὐφεξῆς καὶ μόνη. τάντας δὲ εφεξῆς εἰσὶ κύμη. Id eſt: *Opida in litore ſunt post Sinueſſam, Liternum;* quod amnis adluit eiusdem nominis. ſimiliter & *Vulturinus* idem nomen habet cum opido, quod deinde ſequitur. poſt hac eſt *Cuma.* Ptolemaeus: Σινεύσας, Οὐδέποτεν, Κέρη, Λατέρον. id eſt: *Sinueſſa Vul-*  
turnum, *Cuma*, *Liternum*, Plinius lib. iii: cap. v: *Opidum Sinueſſa; extreſum in ad-jeſto Latio. hinc felix illa Campania eſt.* In ora, ſavo ſluvius; *Vulturum opidum cum amne;* *Liternum, Cuma.* Et adverſo itinere incedens Mela lib. ii cap. iii: *Cuma, Liternum, Vulturinus amnis, Vulturum opidum, Sinueſſa.* Itineraria antiqua:

Tabulæ:

<i>Sinueſſa</i>	<i>Sinueſſa</i>
<i>Safo fl.</i>	VII.
<i>Vulturno</i>	XII.
<i>Literno</i>	XII.
<i>Cumæ</i>	VI.

  

<i>Sinueſſa</i>	<i>Antonini:</i>

VULTURNUS  
amnis. AL-  
TVRNVS di-  
GMI.

Ex his *VULTURNVS* amnis nomen antiquum hodiisque ſervat; vulgo adcolis *Vulturno* & *Vulturno* dictus; fluviorum Campaniæ maximus. Memoratur præter Tom. 2.